



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae  
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

**Romae, 1658**

Flaminius Marcellinus Episcopus Cesenae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9857**

**Flaminius Marcellinus Episcopus Cesenæ.**

**C**hristus assistens Pontifex futuorū bonorum sciscitantī  
in cœlitam, quid boni faciendum sibi esset, ut vita fruereatur  
æterna; respondit, seruanda esse mandata: Ei autem affirmanti,  
hoc se custodisse à iuuentute sua, protinus dixit: si vis perfectus es-  
se, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habe-  
bis thesaurum in cœlo: & veni sequere me. Petro insuper,  
qui iam cuncta reliquerat, & ipsum fuerat secutus; ad vbe-  
riorem asserti amoris significationem, quæs proprio nuper san-  
guine redemptas, tanquam Pastorum Princeps, pascendas ite-  
rum, ac tertio commisit. Quæ omnia Beatum Thomam de Vil-  
lanoua præstissime cum pro comperto habeatur: haud dubium  
mihi videtur, Beatissime Pater, quin ille per Sanctitatem Vestram,  
quæ Christi Domini vices gerit in terris, Sanctorum numero sit  
adscribendus; maximè vero cum Serui sui sanctimoniam, multi-  
plici miraculorum operatione, omnipotens Dominus testata  
voluerit.

**Franciscus Gherius Episcopus Ceruiæ.**

**V**enerabilem Virum Thomam de Villanoua, iam antè  
annos quadraginta à sanctæ memorie Paulo Quinto  
titulo Beati insignitum, iure optimo nunc æquum mihi vide-  
tur, ut publico Ecclesiæ, hoc est tuo, Pater Sancte, iudicio  
definiatur, feliciter inter sanctos regnare cum Christo: qui lu-  
minis Ecclesiæ Augustini instituta, moresque secutus est: qui ad  
Episcopatum vocatus fuit, tanquam Aaron: qui domui, & ouï-  
bus suis non tam præfuit, quam profuit, eas alendo, nu-  
triendo, doctrina, verbo, exemplo, & operibus misericordiæ,  
ut verè de eo dici possit: fuit laudabilis, quia irreprehensibilis: se  
custodiuit ab hoc sæculo: non abiit post aurum, nec sperauit in  
pecunia thesauris; sed dispergit omnia, dedit pauperibus, nu-  
dus reuersus illuc, ubi iustitia illius manet in sæculū sæculi, fruens  
promissis per Deum à constitutione mundiviris misericordiæ: qui  
miraculis ante, & post transmigrationē claruit deniq. Decet igi-  
tur